Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8340
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

hanc petra edificabo ecclesiam meam · et porte inferi non prevalebunt
adversus eam · Et tibi dabo claves regni celorum · Et quecunque
ligaveris super terram erit ligatum et in celis · et quecunque
solveris super terram erit solutum et in celis · In commemora
tione sancti Pauli ad Gal. Notum vobis facio · cos · Pauli ad Gal.
evangelium meum · quod evangelizatum est a me · quia non
est secundum hominem · neque enim ego ab homine accepi illud ·
neque didici · sed per revelationem ihu xpi · Audistis enim
conversationem meam aliquando in iudaismo · quoniam supra
modum persequebar ecclesiam dei · et expugnabam illam
et proficiebam in iudaismo supra multos coetaneos meos
in genere meo hyundantius emulator existens paterna
rum mearum traditionum · Cum autem placuit ei qui me
segregavit ex utero matris mee et vocavit per gratiam
suam · ut revelaret filium suum in me · ut evangelizarem illum
in gentibus continuo non acquievi carni et sanguini neque
veni solimam · veni ad antecessores meos apostolos · sed abii
in arabiam · et iterum reversus sum damascum · Deinde post
annos tres veni solimam videre petrum et mansi apud
eum diebus quindecim · Alium autem apostolorum non vidi nisi
iacobum fratrem domini · Quae autem scribo vobis · ecce
coram deo quia non mentior · Sdm matthm ·
Illo tp · Dixit simon petrus ad ihu · Ecce nos reliqui
mus omnia et secuti sumus te · Quid ergo erit nobis ·
Jesus autem dixit illis · Amen dico vobis · quod vos qui
secuti estis me · in regeneratione cum sederit filius hominis in
sede maiestatis sue · sedebitis et vos super sedes duode
cim · iudicantes duodecim tribus israhel · Et omnis qui
reliquerit domum · vel fratres aut sorores aut patrem aut ma